



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Iacobi Bidermani E Societate Iesv Vbaldinus Sive De Vita
& Indole Antonii Mariæ Vbaldini Vrbinatis, Monteaë
Comitis, Breviarivm**

Bidermann, Jakob

Fribvrgi Brisgoiae, 1663

Profectio Romana. 10

urn:nbn:de:hbz:466:1-44891

non posset; tum paucis ea, quæ
 visum est, & vultu tetrico, voce-
 que graui ac seria. respondebat:
 ratus, haud paulo præstabilius
 fore, si id loci, subagresti inge-
 nio, & infestiuo esse diceretur;
 quàm vt blandiori flexu ad ictū
 se nudaret. Hæc morum ratio
 Antonio constitit, quo ad domi-
 suæ in parentum ore, oculisque
 puer, & in virtutum studio ti-
 runculus, vixit. Quo tamen ti-
 rociniò, non obscure prodidit,
 quid esset prouectior ætas, si qua
 contingeret, exhibitura.

X. *Profectio Romana.*

Maturauerat inter hæc paul-
 latim Antonius; & adole-
 scentis indolis, etiam foris spe-
 ctanda, Romam destinabatur.
 Accingitur itineri; & quò secu-
 rior Urbem petat, pater ipse
 (pro

(pro
 mor
 adiu
 patr
 (cer
 mun
 que
 tus,
 acru
 cum
 re di
 effur
 spati
 super
 const
 vnda
 cum
 quan
 clam
 ctuu
 mare
 us, v

(pro tenero in filium talem amore) comitem illi se, duce m̄q; adiungit. Qui tamen comitatus, patri paulo post, prope funestus, (certè quidem periculi non immunis) fuit. Dum in equis, vterque sui securi, præter Adriæ litus, vehuntur; ecce tibi, æstu se acrius incitante, sim il ventis decumanos fluctus, cientibus, mare dicto citius per sabulum latè effunditur; occupatòque omni spatio, patris equum, equitemq; superobruit: & iumentum, siue consternatum metu, siue ruentis undæ violentâ deiectum, procumbit; Hic subito, quod nusquam ex undis iam extaret, conclamare famuli, iamque vi fluctuum abreptos, tractòsque in mare, voc f rari. Simul Antonius, viso discrimine, trepidè, &

B

quan-

quanto potuit sensu, Iesu nomē
opemque elatis clamoribus, vo-
care. Ab ea voce (res mira usu)
punctum temporis nullum in-
tercessit, cum insperato, in pedes
erigitur equus: captoque impe-
tu per obstantes undas elucta-
tus, patrem in sicco saluum so-
spitemque sistit. Gratulatus est
Numini hanc suam salutem pa-
ter: & ratus, in ea trepidatione
haud nihil innocentes Antonij
preces valuisse, cum eodem de
via secessit, vt vna Davidis Psal-
mos, à pænitentia in scriptos, ob-
depulsam capitis discrimen, al-
ternis gratulabundi incinerent.

XI. Digressio Lauretana.

Secundum hæc Antonio per-
commodè cecidit, quod pater
de via Lauretum diuertere, atq;

ibi

ibi V
vener
cile c
ad æ
Dei v
mira
inuis
mult
hic co
sephi
vnum
bant:
se ita
ranti
us, se
esse v
cursu
ues &
cere f
ingre
quam
rum A